



Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Disp. CVLIX. An Pater, & Filius sint vnum principium Spiritus sancti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

principium, quod est Pater, aut vnum
principium, quod non est Pater, non sunt
contradictorie opposita. Vnde non est
necesse alterum eorum dare. Cum enim
dicimus, pater & filius sunt vnum princi-
pium, hoc quod dico principium non ha-
bet determinatam suppositionem, imo
confusam pro duabus personis simul.
Vnde in processu est fallacia figure di-
stinctionis à confusa suppositione ad deter-
minatam.

Ad quintum dicendum, quod hæc etiam est vera. Vnum principium Spiritus sancti est Pater & Filius: quia hoc quod dico principium, non supponit pro vna persona tantum, sed indistincte pro duabus. vt dictum est

*In solutione
praced. ar-
gument.*

Ad sextum dicendum, quod conuenienter potest dici, quod Pater & Filius sunt idem principium secundum quod ly principium supponit confuse & indistincte pro duabus personis simul.

In solutione
a. I. argum.
huius art.

ad septimum dicendum, quod quidam dicunt quod Pater & Filius, licet sint vnum principium Spiritus sancti, sunt tamen duo spiratores propter distinctionem suppositorum, sicut etiam duo spirantes, quia actus referuntur ad supposita. Nec est eadem ratio de hoc nomine creator, quia Spiritus S. procedit à Patre & Filio, vt sunt duæ personæ distinctæ (vt dictum est) non autem creatura procedit à tribus personis vt sunt personæ distinctæ, sed vt sunt vnum in essentia. Sed videtur melius dicendum, quod quia spirans adiectiuum est spirator vero substantiuum, possumus dicere quod Pater & Filius sunt duo spirantes propter pluralitatem suppositorum, non autem duo spiratores propter vnam spirationem. Nam adiectiua nomina habent numerum secundum supposita, substantiua vero à seipsis secundum formam significatam. Quod vero Hilar. dicit, quod Spiritus sanctus est à Patre & Filio authoribus, exponendum est, quod ponitur substantiuum pro adiectiuo.

Loco citato
in argum.

CONCLUSIO est affirmans.

DISPUTATIO CXLIX.

An pater, & Filius sint vnum prin-
cipium Spiritus sancti.

Status Quaestionis, cap. I.

*Status Quaestionis, cap. 1.
Patrem, & Filium vere, & proprie dici unum, non plura
principia Spiritus sancti, verior sententia tradit, c. 2.
Responderetur argumentis Durandi, & Gregory, c. 4.*

Respondetur argumentis Durandi, & Gregory, c. 4.

C A P V T I.

Status Questionis.

Scotus.
Durand.
Gabr.

STATUS QUESTION.
SCOTUS in 1. d. 12. q. 1. §. iuxta questionem, & Duran. in 1. d. 24. q. 2. & 3. & Gab. in 1. d. 12. q. 1. in princip. existi-

mant posse esse questionē de re & de voce: re
quidē, an in Patre & Filio sit vna virtus spiritalis
quo sensu nulla est inter Catholicos dissensio.
Nam omnes fatentur, vnam esse virtutem: nec
vllus hereticus fuit, qui duas esse affirmaret. Vñ
autem existente vna virtute in Patre, & Filio, de-
beant dici duo principia, an vnum, controuersiam
esse putarunt de voce prædicti Scholastici: quos
acris reprehendit Canariensis super hunc art. in
2. par. commentarij, & temeritatis eos infamulat,
quod dixerint, questionem hanc esse de nomine,
quali sit minoris momenti. Cum enim Concil.
Florent. sess. vi. in literis vniuersis, & Lugdunensis
vñ referatur in *C. Fidei*, de summa Trinitate & de
Catholica in 6. definiat, spiritum sanctum pro-
cedere à Patre, & Filio, vt ab vno principio: non
est res leuis, & quæ parui pendenda sit.

Verum non est, quod tam fenebre hos auctores infumit. Cananices neque enim illi putantur quæstionem esse infructuosam, & nullius momenti sed solum apud Catholicos de nomine, & modo loquendi diffensionem esse: quæ tamen iure tam ardua, & difficili plurimum refert, ne verbis inordinatis errore adstruamus, cum tamen iure ipsa nulla sit controversia, vt notatum est. Et sane in Concilijs citatis non solum de modo loquendi, sed etiam de re ipsa contra Græcos definitio tradita fuit. Cum enim Græci contra Latinos inferrerent, Spiritum sanctum procedere à duobus principijs ingentis, & duplici virtute spirantibus, si ab vtroque procederet: vt ex Concilio Florentino patet: definitiunt Concilia, ab vtroque procedere vt ab vno principio, vt ostendunt, inde non sequi, quod Græci contra nos inferebant. Superest igitur nobis nunc controversia de voce, vtrum dici possint Pater, & Filius duo, an potius vnum tantum principium Spiritus sancti,

C A P V T II.

*Patrem, & Filium non posse dici vnum principium
Spiritus sancti senserunt Durandus,
& Gregorius.*

Duran, in 1. d. 29. q. 2. & Greg. d. 12. q. 1. docent, ^{Aug.} Patrem, & Filium non posse dici vnum principium Spiritus sancti vtro probant hac ratione: Aut principium sumitur pro forma agendi, aut pro ipso agente: vtroque enim modo vltimus solet principium, nam & potentia genentium vocatur principium, & pater & mater dicuntur principia prolis: neutro autem modo dici possunt Pater, & Filius vnum principium. Et enim si sumatur pro potentia seu communi notione, potius dicendum est, in Patre, & Filio esse vnum principium, quam, Pater, & Filius sunt vnum principium, Quod si pro supposito vsurpetur, nequeunt appellari vnum principium: sic enim seorsus esset Pater, & Filius sunt vna persona. Addit Duran, cum dicatur Quentius nomen principium suppositum diceret, quāā potentiam ipsam: potius dicenda esset duo principia, vnum Patre, & Filius. Respondit autem Concilii Lugdunensis, & Florentini, dedimus quod concilio dixisse, Spiritum sanctum a Patre, & Filio pro vno esse dicere, tanquam ab vno principio, non ab soluto, sed ab eo quod notarent Patrem, & Filium non tam debere dici vnum.

unum principium. Veluti cum duæ causæ ad eundem effectum concurrunt; nec magis perfecte illum producant, quam una sola illum produceret; dicuntur per modum vnius principii se habere. Quibus consentire videtur Anisiodorens. lib. 1. summa cap. 3. ubi docet. Patrem & Filium esse vnicum principium eo modo, quo Spiritus sanctus multiplex dicitur, hoc est, ratione effectus: sic ergo Pater & Filius dicuntur vnum principium ab effectu, hoc est, ab una persona, quæ ab eis procedit.

CAPVT III.

Patrem, & Filium vere, & proprie dici vnum non plura principia Spiritus sancti, verior sententia tradit.

Sententia Durandi, & Gregor. merito censetur temeraria à Canariensi & recetioribus Theologis in hunc art. tamen in solo modo loquendi consistat: neque enim inordinatis verbis in re tanti momenti vi licet. Veluti, si quis affirmaret, esse tres Deos; explicaret tamen, se non asserere tres deitates, sed tria supposita habentia Deitatem; nihilominus in modo loquendi erroris notam mereretur. Nota igitur temeritatis prædictæ opinionioni merito inuritur, quod modo loquendi, quo vtuntur Concilia, aduerteretur. Quod enim addant Concilia particulam, *tantumquam*, nihil interest: ea namque non est similitudinis nota, sed ipsius rei veritatem demonstrat: sicut particula, *quasi*, Ioan. 1. *Gloriam quasi vnigeniti à Patre*. Voluerunt enim Concilia Græcis occurrere, qui Latinis falso imponebant, quod assererent Spiritum S. à Patre, & Filio procedere, vt à duobus principiis; oportebat igitur, vt Concilia non tantum ostenderent id, quod est in re; sed etiam verum modum loquendi tradiderent, quia à Græcis nullo modo notari posset. Parum autem referret, si ostenderent Concilia Spiritum sanctum à Patre, & Filio spirari, tantumquam ab vno principio, si solum dicere vellent, habere similitudinem, & modum vnius principii: cum tamen proprie dici possent duo principia. Quare dicendum est, Patrem, & Filium non solum habere vnam virtutem communem, quæ sit principium spirandi; sed etiam non esse duo principia. Quem modum loquendi aliqui probant ex Aug. 5. de Trinit. c. 13. ibi tamen reuera Augustinus non loquitur de processione Spiritus sancti, vt in argumento; sed contra, refertur, sed solum ait in hæc verba. Cum dicimus, Patrem principium & Filium principium, non duo principia creaturæ dicimus: quia vnus Deus simul ad creaturam vnum principium est: sicut vnus creator & vnus Deus. Ex his tamen recte argumentari possumus contra Gregorium, & Durandum hoc modo. Si Pater & Filius dicuntur vnum principium creaturarum, quia ratione vnius virtutis ad earum productionem concurrunt: cur ergo non dicatur vnum principium Spiritus sancti, si per eandem virtutem communem spirant? Id etiam expresse docet Aug. eodem lib. c. 14. quem locum citat S. Thom. in argumento, sed contra:

CAPVT IV.

Respondetur Argumentis Durandi, Gregorij.

Circa solutionem argumenti prioris sententia; quod desumptum erat ex suppositione

nominis, principium, variant reliqui Theologi, de Patre & quorum sententias breuiter persequemur, vt tantum quid nobis videatur, tradamus. Capreol. in 1. suppositi. dist. 12. q. 1. post solutionem omnium argumentorum respondet nomen, principium, confuse supponi pro duabus personis Patris & Filij: eam vero suppositionem confusam provenire ex illa particula, & sicut Logici dicunt in hac propositione, *Christus, & Roma venditur piper*, nomen, *piper*, confuse supponi ratione eiusdem particulæ. Capreolo consentit Caiet. nisi quod Capreol. hanc confusam suppositionem admittit in eo termino, tam posito ex parte subiecti, quam ex parte prædicati: at Caiet. solum eam concedit ex parte prædicati, vt in prædicta propositione. Ea vero suppositione admissa, recte docent, non posse fieri ascensum, aut descensum in illo termino (vt Logici loquuntur) hoc est, non posse assignari singulare aliquod, ratione cuius propositio reddatur vera. Cum ergo dicimus, Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus sancti, terminus, principium, confuse ponitur; ita, vt si sub illo assignaremus aut Patrem, aut Filium, esset plane sophisma, quod vocant figuræ dictionis: cum scilicet non recte assignatur indiuiduum, aut singulare sub aliquo termino communi. Videatur autem suam sententiam supposuisse ex S. Th. in solut. 6. vbi ait, nomen, principium supponi confuse.

Hæc sententia non probatur Canariensi, eo quod particula, & nunquam talem vim habet assignandi terminum, vt faciat confuse supponi: putatque, nomen, principium, determinate supponi, non confuse. Cum Canariensi alij etiam Theologi conueniunt: vt infra videmus. Ego vero quamuis non dubitem, particulam & aliquando eam virtutem habere, vt terminum faciat confuse supponi: nomen tamen, principium, determinate supponi in prædicta propositione, pro comperto habeo. Cum enim in Deo sit vnum tantum principium, nec plura sub illo assignari possint; fieri nequit, vt confuse supponatur. Nec vero sub eo assignari possunt Pater & Filius, tantum singularia illius, tamen, vt infra explicabitur, sunt illius nominis connotata: id quod non obstat, quo minus terminus determinate supponatur, vt infra explicandum est. Eadem ratione probatur, terminum, principium, non supponi collectivè pro Patre, & Filio (vt nonnulli falso sunt arbitrati, quorum sententia falso tribuitur Marfilio in 1. qu. 15. art. 3. nam hoc nomen non est collectivum, vt populus, sed vnam simplicem formam significat.

Quomodo autem terminus principium determinate supponatur, varie etiam à Theologis explicari solet. Gabriel in 1. d. 12. q. 1. art. 2. & ar. 3. dub. 1. quamuis sequatur sententiam Gregorij, si seruemus proprietatem sermonis: respondens nihilominus argumento superius facto, inquit, nomen, principium, aliter supponi, cum dicimus, tres personas esse principium creaturarum, quam cum dicimus duas esse principium Spiritus sancti. Nam priori modo, principium, supponitur pro essentia diuina. quare dicere, tres personæ sunt vnu principium creaturarum, idem est, ac si dicamus, tres personæ sunt vna essentia: at posteriori modo principium, supponitur pro constituto ex essentia, & notione spiratoris. Hinc colligit art. illo 3. dub. 4. in diuinis esse quatuor constituta: non tamen realiter distincta: quia præter tres personas, est etiam spir.

An Spiritus S. procedit à Patre & Filio, vt à duobus Spirantibus vi suæ Processionis.

Dua Scholasticorum opiniones, cap. 1.

Spiritum S. posse quatuor modo postulare ex parte principij duo suppositi, a. verior sententia est cap. 2.

Satis sit argumentis Scoti, cap. 3.

CAPVT I.

Dua Scholasticorum opiniones.

PRæsens controuersie difficultas non est, an sint plura principia neque, an sint dicendi plures spiratores, Pater & Filius: id enim iam definitum est: neque an dici possint plures spirantes adiectiue: hoc enim manifestum erit ex his, quæ dicemus disp. 15. c. 8. sed an virtus spirandi sit in duobus suppositis, & natura sua id requirit, vt processio Spiritus sancti, quatenus talis est, secundum suam characteristicam proprietatem postulet duo supposita ex parte principij, quæ in quarto modo dicendi per se cum ipsius productione comparentur alio quidem modo, quam potentia creandi est in tribus suppositis: in his enim ita natura sua necessario est, vt eorum pluralitas non comparetur per se in quarto modo, ex parte principij, cum productione creaturarum, quia eodem modo intelligitur creatura procedere à Deo inno, si essentia diuina esset in vno supposito, quoniam nunc intelligitur, cum essentia diuina est in tribus: accidere namque potest, vt duo per se, & necessario inter se coniungantur, in secundo aut primo modo dicendi per se, sicut passionibus coniunguntur essentia, & essentia passionibus, & tamen non coniungantur in quarto modo qui est, cum effectus per se prædicatur de causa, & de principio, vel contra. Et hoc modo intellecta quæstio inter Scholasticos disputatur, nemo enim dubitat principium spirandi necessario esse in duobus suppositis non per accidens, sed per se, summaque necessitate eis coniunctum, an vero sint per se quatuor modo requisita ex parte principij ratione talis processionis Spiritus sancti per talem amorem, non eodem modo sentiant.

Sic igitur prima inter Scholasticos opinio Scoti in 1. dist. 12. q. 1. qui duo asserit, vnum est Spiritum sanctum vi suæ processionis, & characteristicae proprietatis non postulare ex parte principij duo supposita spirantia, quocirca eodem modo proceditur, hoc est, eiusdem naturæ, & proprietatis futurum, hoc est, eiusdem naturæ, & proprietatis futurum, si principium spirandi esset in vno supposito; sicut nunc procedit, cui est in duobus: quoniam admodum principium creandi, quatenus principium creandi est, non requirit per se esse in tribus. Probat primum, quia quoties principium aliquod in vno supposito, atque in duobus, non postulat plura supposita per se in quarto modo, quatenus creaturæ cum operatione, & effectus voluntas autem fertur cum operatione, & effectus voluntas autem fertur cum operatione, ita perfecta esset in vno supposito, atque est in duobus: siquidem esset diuina, vt supponitur, ergo in vno supposito sufficeret spirare, & eodem modo, quo nunc spirat: veluti si omni-

iam spirator, vel principium spirandi constitutum eo modo, quem diximus. Pro hac sententia Gabriel refert Ochamum.

Ocham.

Ceterum hanc opinionem acriter impugnat Gregorius: tum quia in Deo nihil sit constitutum, eo quod in Deo non sit distinctio inter id, quod constituit, & id, quod constituitur: tum etiam, quia sequeretur, esse quatuor in Deo personas. Hæ tamen rationes parum obstant, quo minus probabilis sit sententia Gabrielis: eodem namque modo probabilis esset sententia Scoti & Caietani, qui ponunt indiuiduum deitatis concretum, & constitutum communi quadam subsistentia: at hæc opinio non censetur improbabilis, quatenus asserit, esse commune concretum constitutum, præintellectum tribus personis, nempe indiuiduum deitatis. Nec enim licet inferre, esse quatuor personas; quia personæ in Deo debent distinguirealiter, & esse incommunicabiles: at indiuiduum illud non distinguitur realiter à tribus personis, nec incommunicabile est. Nec etiam oportet distinguirealiter id, quod constituit, & constitutum, vt dicamus in Deo esse aliquid constitutum. Nam constitutio in diuinis per intellectum est eo modo, quo personæ constituuntur, vt explicabitur infra disp. 158. c. 1. eodem pacto de principio spirandi, seu de concreto spiratoris in sententia Gabrielis eadem omnino probabilitate philosophari licet, de quo disp. 156. c. 3. dicemus. Cananensis in commentario huius articuli parte 3. docet nomen, principium, supponi determinate pro potentia spirandi in concreto significata, determinate inquit. vt Logici loquuntur, sicut in hac propositione, homo currit, supponitur terminus, homo. Addit etiam sub termino: illo, principium, assignari posse singulare quoddam: nam Pater, & Filius sunt hoc principium.

Canan.

Verior solutio argumenti Durand.

Ego tamen existimo nomen principium, ibi non supponi determinate, sicut supponitur terminus, homo, in hac propositione, homo currit: sed singulariter, sicut terminus, Deus, in hac, Pater & Filius sunt vnus Deus. Cum enim dicimus, Pater & Filius sunt vnus principium spirandi, perinde est, ac si dicamus, sunt vnum principium spirandi: quia principium spirandi, sicut spirator, vnum tantum est. Sed obseruandum est, eodem modo de hoc nomine concreto spirator, vel, principium, si pro concreto accipiat, philosophandum esse. atque de termino, Deus, ita vt directe significet naturam ipsam seu virtutem spirandi, connotet autem supposita habentia talem virtutem vage, hoc, vel illud, sicut de termino Deus, dicemus disp. 158. c. 2. id quod de omnibus concretis substantiis eodem modo asserendum est. Quo fit, vt multiplicatio eorum sumatur ex forma; quia est directum significatum: non ex suppositis, quæ solum sunt connotata: ideoque in concreto dicere debeamus, Pater, & Filius, sunt vnum principium, & vnus spirator Spiritus sancti, eadem prorsus ratione, qua dicimus, sunt vnus Deus. Sed de hoc fusius loco citato.

10

Ceterum, cum potentia spirandi etiam in abstracto significata, non solum significet essentiam, sicut de potentia generandi dicendum est disput. 164. sed etiam quodammodo determinatam relationem ex parte etiam vera esse potest sententia Gabrielis: nempe principium spirandi constitutum esse relatione: dummodo hoc intelligamus de ipso principio, etiam in abstracto eodem pacto, quo infra explicabitur.